



BERNHERVS COMES HABSPVR XIII
LIBERALIS

*Hunc decorant summi fulgentia sydera celi,
Munera quod fundens fluvium superavit Iberum.*

RAPOTO COMES HABSPVR XIII
CONSTANS

*Accipit ingentes uictrix Germania palmas,
Pannonis pugno dum firmo pectore signis*

Bernherus, Rapotonis filius, cu' ea bella, qua' Pater, et Avus, parv' prospero
sedere ceperat, mira quadam felicitate usus, ad exitum perduxisset, in pace
non minor fuit populoru' enim commoditatibus egregie consuluit: Temp'la,
ab hostibus devastata, ad pristina' faciem splendoreq', restituit; militibus
ampla munera largitus est. Ut omnes pariter cum domi forisq',
admiraretur.

Rapoto Betronis filius, contra Regem Ludovicu' Germania' infestantem, ab
Othone Romanoru' Rege, in auxilium accersitus, ea operam Othoni pre-
buit, qua' ipsu' Germaniaq', no' solu' ab omni periculo liberaret, sed etia'
hosti perniciem allatura esset, ni ipse sibi fuga salutem quaesivisset. Bis
pro eodem Othone Pannonicas acies uicit: ea animi magnitudine utens, ut facile
quavis, qua' gereret, uirtute, non casu, cu' gerere cognosceret. Constans, ob id, dictus.